

J. M. Thiele X. S. 1712

1. Christiani Willmogeli de Officio Notarie.
2. Ioh. Amelii de eiusmodi extremum iudiciale in oblungo
executionem si sit et differt.
3. Petri Mulleri de Notariis oblationibus.
4. Christiani Thomasi de causis prohibitoriae aliena
hinc. fidei.
5. Sam. Stixii de Casula abundanter in Probatib.
6. Kier. Willmogeli de casibus non debilibus.
7. Wolfgangi Abrah. Schallmiji de collegis officiis.
8. Christ. Willmogeli de Conductore mercatorio.
9. Sam. Stixii de conditionibus contractuum expeditiorum.
10. Ad. Beconi de Convenientia et Administracione.
11. Ephorij in Germani depositione Lutlico.
12. Ioh. Fr. Troschaeferi de potestate Rectori et Principi
Imperii circumscribentia publicis suis concredi.
13. Act. Christ. Lycoceri de Fatalibus.
14. Christ. Thomasi de Fidei alienabili.
15. Sam. Stixii de Rebus Dicutionum Publicis Schmidie.
~~Et confis et facravimus.~~
16. Kier. Willmogeli de fidei communis familiis
nobilium et honorabilium.
17. Ioh. Gotthofdi Bergeri de Carolinis Proviniae fortibus.
18. Petri Mulleri de Fundo optimo magno.
19. Ioh. Amelii Digest. fundatus sumus.

20. Crisp. Altmanni de filio qui iuste terminum à
Alfo etc.
21. Gv. helmi Hieronymi Brückeri de Romani papa,
foris Melchite tractare reali ac apostoli
22. Guarini Petrus de Crimine Lenocinie.
23. Pet. Muller de Leicitis primi ordinis.
24. Crisp. Joh. Walburgi de gladio in Sacramentum eoz,
testam deponendo.
25. Crisp. Crimini Throni de Crimine oblagia.
26. Joh. Broe. Petrus de Antilomedonia et ore episcopi.
27. Zerm. Culicci de Molendinis. et Crimine oblagia.
28. Crisp. Walburgi de negligencia ministri principie
non obligante de lura offendit.
29. Herm. Colleti de lura offendit.
30. Crisp. Joh. Dorfli de termino per centrum solutionis
et molestationis cambiorum.
31. Pet. Muller de precipitaria.
32. Guarini Petrus de Ratiocinio et ratione.
33. Lao. Petri de Pocularis et Dilectariis.
34. Crisp. Altmanni de Senio crudorum.
35. Ballo. Werner de puritate Ricarioz. Lib. i.
36. Crisp. de Vincenzo de. lib. II. Lib. i.
37. Sam. Prok. de Alii Foro, lib. XXII. Lib. i.
38. Joh. Petri. Ludwigi de Conduzione villarum.
39. Leon. Lichtenaueri de Cribatibus et ffectibus.
40. Jacob. Augerei de autoritate iuris civilis et canonici.
41. Joh. Ernst. Vitzthumius pfaffensis in vobis tunc in
in locis quod non ignoramus. Propter hanc partem proposita
42. ejusdem Willigen überzeugung Bro. polffraijus
Vesper.

29

DISPUTATIO JURIDICA
ORDINARIA
DE
JURE OFFERENDI
Auspice
Divino Numine
PRAESIDE
HENRICO COCCEJO,
Jur. P. P. Ordin.
Respondente
HIERONYMO ALERS
Bremà Saxone
Adventilandum publice proposita in diem
Decembr. h. l. q. s.
Heidelbergae
Literis Samuelis Ammonii, Academ. Typogr.
Anno MDCLXXVIII.
Denuo recusa 1707.

Thefis.

Jus offerendi debiti & debitori competit ad liberandum pignus suum; & posteriori Creditori, ad effectum succedendi in locum Prioris; illud notum vulgo ac tritum est; hoc paulo obscurius, cui proinde evolutius per noscendo pro modo instituti pauca haec præmittimus.

II. Initio scil. notandum, qvod non tantum nomine cesso vel vendito ipsa actio (utilis scil. cum directa personalis inhæreat personæ Creditoris per notiss.) cessa venditave intelligatur, qvia nomen hic nihil est, nisi ipsum jus agendi; sed & cesso venditove chirographo seu Cautione: non enim charta nullius est pretii, ut de ea partes cogitasse videantur, sed potius de jure, qvod èt continetur atque probatur; ceu JCtus ait in L. 59. leg. 3. *Qui chirographum legit, non tantum de tabulis, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur, cogitat; appellatione enim Chirographi uti nos pro ipsis actionibus palam est cum venditis chirographis intelligamus nomen venisse &c.*

III. Idem ergo est, si Creditor suum pignus tibi cedat aut vendat: nam & contraria pignoratitia, & hypothecaria in rem tibi competit, qvæ ultraqve competebat vendenti; verum illa non nisi utilis, qvia personalis est, personæqve vendentis cohæret; haec etiam directa, qvia est in rem: hoc enim jus in re, qvod venditor habuit, directo, uti qvodvis aliud Dominium in te transferri potest, transitqve cum omnibus accessionibus & privilegiis juri illi cohærentibus per §. preced.

IV. Sed & ipsa actio principalis (utilis scil. qvia personalis est) tibi competit: videmini enim cesso pignore non de solo jure pignoris, qvod ex se nullius est momenti, nullumqve effectum aut usum habet, nisi quando alii debito principali accedit; sed & de ipso hoc debito principali cogitasse; per traditah. 2. & d. L. 59. & alioquin corrueret pignus cessione, si in persona tua (emotoris seu cessionarii) deficeret debitum principale, sine quo pignus esse nequivit L. 6. pr. q. m. pign. follo.

V. Qvinimo, si tibi qvoqve debetur ab eodem debitore & pignoris Domino, videtur omnino etiam de securitate proprii tui debiti cogitatum, & hujus qvoqve debiti causa pignus tibi cessum: etiæ enim solvendo priori creditori videri posse hujus saltem nomen cum pignore in te transtulisse; tamen non facile quisquam paratam pecuniam alterius Creditori solvet, ut eam per dubias lites & judiciorum molestias à debitore repeatat; sed tui potius debiti causa, & pro ejus maximè confir-

ma-

matione videris pignus redimere voluisse L. I. Q. 5. C. L. II. §. ult. ff. qui
pot. in pign.

VI. Potest igitur cuicunque ex posterioribus Creditoribus pignus vendi, accepto ab eo debito cum usuris, & hic, oblatio eo, succedit in locum & privilegium prioris per th. 3. quod dicitur *Jus offerendi* L. 3. C. 3. his qui in prior. Credit. L. 1. per & vers. Sed ita C. si antiqu. Credit. eiique tenetur pignus & pro prioris Creditoris, & pro suo debito L. 12. §. qui pot. L. 5. pr. ff. de distr. pign. th. 5. iterumque ei offerri potest d. l. 5. §. 1. Videtur autem posterior Creditor pignus emisse, quoties debitum cum usuris vel ipsi Creditori priori pro pignore offert, L. ult. C. his que in prior. Cred. L. 24. §. ult. reb. ant. Jud. vel debitor, ea expressa Lege, ut ad Creditorem perveniat L. pen. C. his qui in prior. hoc enim debitum est pretium pignoris: unde si non tanquam pro pignore, sed simpliciter ad Creditorem pecunia pervenit, non videtur emtum pignus L. L. C. his qui in prior. Credit. L. 3. que respign. indeqve limitanda d. L. 1. L. 5. C. qui xot. &c. Potest autem posterior Creditor exercere hoc ius, seu offerre debitum etiam priori invito, vel si hic eam accipere noluerit, obsignatum deponere d. L. 1. C. L. 12. §. 6. ff. qui potior.

VII. Hoc ergo casu ipsum *Jus pignoris tantum distrahitur*, non res ipsa, ita ut ejus Dominium transeat L. 6. distr. pign. hanc enim debitor ipse tantum distrahere potest, qvippe Dominus; vel Creditor quasi ex consensu Domini post solvendi moram, certumque insuper terminum jure prescriptum, aliasque solemnitates, de quibus DD. ad tit. dist. pign. & hoc casu si ipse Dominus seu Debitor distrahit, omnibus Creditoribus *jus pignoris cum privilegio salvum manet* d. l. 1. vers. cum autem C. si ant. Cred. qvia aliud est Dominium, quod solum alienari potuit à Debitorē aliud pignus L. §. 2. Pign. verb. *quaestio pignoris à Dominis intentione separata est*. Adeoque retransit cum suo onere L. 67. Contrah. emt. si vero Creditor distrahit, potest posterior Creditor hic quoque jure suo offerendi uti, & oblate debito distractionem impedire L. ult. C. si antiqu. Cred. d. L. 6. ff. distr. pign. facta autem semel distractione, & re non amplius integra nec ipse debitor, nec sequens Creditor evincere rem possunt L. pen. C. si ant. cred. L. 3. pri. distr. pign.

VIII. Hinc consequens est, quod qui nomen emit, privilegium quidem nominis consecutatur, non autem pignus, aut privilegium pignoris thes. 2. 3. L. 2. Cess. bor. L. 24. §. ult. reb. rat. judic. nisi de pignore quoque patet fuit, qvippe quod diversum est principali nomine; si autem de pignore quoque convenerit (quo casu erit Emilio nominis cum legē seu

120

pacto pignoris) non tantum hoc pignus, sed & privilegium pignoris, & quidem eandem inter hypothecarios prærogativam conseqvitur, quam sine pignore inter chirographarios habuisset; semper enim, qui privilegium habet inter chirographarios, accepto pignore illud etiam inter hypothecarios habet; tria enim habet, pignus, nomen, & privilegium per L. 2. C. his qui in prior, ubi filius offerendo successerat tantum in privilegium nominis fiscalis, quod personale est, & tamen acceptis pignoribus præfertur Creditoribus hypothecariis, qui cum Patre ipsius adhuc contraxerant.

IX. Quid si ergo pactum de pignore adjectum non est, prodest hoc secundo Creditori, qui ita fit primus; cum & prior desierit esse Creditor, quippe solutâ ipsi pecunia; nec qui solvit, in locum ipsius successerit in pignore, quod non accepit; nemo ergo amplius secundo Præfertur. L. 3. que res pign.

X. Secus igitur est, si ipse secundus Creditor, vel etiam Debitor offerant & solvant pecuniam, utroque enim casu secundus Creditor succedit in locum prioris, etsi de pignore nihil convenerit; non quidem iure emtionis, sed hoc ipso, quod prior Creditor jam dimissus ipsique solutum est, sequens ergo jam prior est L. 4. ff. L. 1. L. 5. L. 10. C. qui post eademque ratio est, si prioris Creditoris nomen per acceptilationem vel Novationem extinguatur L. 18. Novat. quo tamen casu si pignora repeatat, sibi ipsi videtur succedere, i. e. in locum pristinæ suæ obligationis L. 12. §. 5. L. 3. qui pot.

XI. Hinc patet, quid dicendum, si pignus non quidem aliis videntur, sed tantum oppignoratum fit, quia pignus pignori constitui potest: cum enim pignore vendito non tantum hypothecaria actio, sed & principale nomen venditum videatur per th. 4. sequitur, quod pignore tibi oppignorato ipsum quoque nomen principale oppignoratum censeatur: unde, etsi soluto mali debito utrumque pignus in re pignorata extinguator, oppignorantis scil. per solutionem L. 6. pr. qua m. pign. solv. tuum autem, sublato jure constituentis L. 31. cod. L. 4. C. si pign. manet tamen in nomine principali, quod ipsum quoque oppignoratum diximus. Igitur si nomen illud constitat in corpore, in eo durat pignus; si in pecunia numerata, & in illâ quoque durat, verum hanc acceptam tecum seu cum debito tuo compensare, & pro eo retinere poteris: quæ omnia continentur in casu L. 13. §. 2. pign. L. 18. pr. pign. aff.

XII. Hæc ita si pignus à Creditore priore acquirat posterior. Quid autem si rem ipsam oppignoratam ejusque dominium à Debitorio?

Di-

Diximus jam *ib.* 7. qvod re oppignorata distraetâ jus pignoris omnibus Creditoribus integrum & saluum maneat. Verum si is, qui comparavit, quoque sit Creditor, ejusque pecunia ad priorem Creditorem pervenit, non quidem in ius pignoris succedit, quinimo si habuit pignus, id quæsto domino confunditur, L. 24. pr. *pign. act.* Si tamen ab ipso pignus vindicant alii Creditores, tuendus dicitur, sc. per exceptionem saltem dolimali L. 17. *qui por.* & merito: et si enim in pignus succedere non possit, cum ipse sit dominus; cum tamen ejus pecunia Creditori dimis-sus & pignus liberatum sit, absurdum videtur, eum esse deterioris condi-tionis emendo rem totam, quam emendo solum pignas; cum dominio rei omnia iura, & ipsa quoque possessio, in qua pignus consistit, conti-neatur L. 8. l. 9. *commod.* L. 17. §. 1. *depof. arg.* L. 24. §. 2. *reb. aut. jud.* Unde idem est, si ex alia causa pignus possideat, & vel a debitore vindicatione, vel à Creditore conventus litisa summationem solvetur, nam hoc quasi pretio emissæ videtur L. 46. *rei Vindic.* adeoque & Creditori op-onere exceptionem potest, & ni debitum offerat, Domino. L. 2. l. 8. §. ult. *qu. m. pign. solv.* l. 29. *sam. herc.* Idem denique est in divisoriis ju-dicii, si uni pignus adjudicatum fuerit. d. L. 29. quia & hoc vicem emi-tionis obtinet, L. 1. C. *comm. utr. jud.* quo tamen casti, quia non ultiro, sed ex necessitate sententia pignus accepit, invito quoque debitori illud red-dere, & nomen persequevi potest d. L. 20. *vers.* *Contra etiam moe licitatus dicatur,* quia videtur hoc mandato debitoris fecisse d. l. 29. *vers.* *Nisi si.* In reliquis autem casibus reddere nequit, quia ultiro dominium sibi quæ-sivit d. L. 46. d. L. 29. *vers.* *non idem.*

XIII. Cum autem posterior Creditor debitum omne cum usuris offerre debeat, ut succedat in locum prioris, queritur, an pro toto hoc debito, qvod solvit, adeoque eriam pro ipsis usuris possit ex morâ usurâ computare? qvod videtur dicendum, quia is, qui alterius negotium ge-rens, ut gestor, tutor, procurator, fidejussor &c. pro eo debitum cum usuris solvit, non tantum fortis, sed etiam usuras usurarum computat L. 28. §. 1. l. 58. §. 1. *inf. l. ult. adm. Tur.* quia ipsi non ut usuret, sed ut fors ex nova causa gestioñis aut mandati debentur. Sed contrarium deci-sum est, in L. 12. §. 6. *qui por.* L. 24. *C. pign.* quia non alienum ut tutor &c. sed proprium negotium gerit, ceu dicitur in d. l. 12. §. 6. nimirum ut Cessionarius, quin non ex nova causa gestioñis pro alio, sed ipsa actione cessa, quia usuræ ut usurâ petuntur, debitum persequebitur.

XIV. Hoc jus offerendi tertio Creditori vel sequentibus adeo competit, ut licet secundus Creditor pactus fuerit ubi pignus da-

ri, si dimissus sit prior Creditor, tamen is qui solvit potior sit L. 12. §. 8. §. 9. qvi post. dum enim tertius, oblati debito, succedit in locum primi, & in eandem obligationem, adeo ut cādem etiam actione cessātatur, ille jam primus est, adeoque primus nondum quoad effectum dimissus videtur. Secundus ergo à quovis possessore, ipsoque adeo debitore pignus vindicare potest, excepto primo, & qui ab eo emit, & jure offerendi in ejus locum succedit d. L. 12. pr. & §. 7. eod.

XV. Porro querit Gail. 2. obseru. 18. n. 3. Au jus offerendi loci m habeat inter Creditores post rem judicatam, si prior forte Creditor judicio egerit, & obtineret? Et locum illud habere arbitror, donec pignus judiciale vel nondum est distractum per L. 3. pr. dijfr. pign. vel nondum ipsi Creditori adjudicatum ex L. ult. §. 3. C. de jar. dom. impetr. L. 15. §. 33. damn. inf. Bald. in L. properandum 13. n. 8. C. jnd. ubi num. 9. addit, ex consuetudine opus quidem esse expectare illud biennium, quod in d. L. ult. §. 2. debitoribus pignori lueno ex humanitate conceditur.

XVI. Denique queritur, an iuri offerendi praescribi possit? quæstio hac æquivalere suffragiorum numero in utramque partem vehementissimè à DD. agitata fuit; & negativa Gailio, aliusque fere Cameralibus placuit; juxta quam tria exempla rerum in Camera judicatarum affert Myns. 1. Obs. 16. Verum evidens videtur, Camerales agere de sola praescritione 30. annorum, quæ saltem ex hypothesi Juris Canonici, quod hac in parte observatur, non admittitur sine bona fide. In genere autem, salvo aliorum judicio, videntur rationes, quibus negativa fundatur, valde esse erroneæ, ut ex præcipuis saltem evidentem patet.

XVII. Affertur ergo (1) Quod nulla hic sit actio, cui praescribi possit, quia pignoratio non nascitur, nisi soluto debito; quippe quæ sub hac demum conditione competit debitori, si solverit per text. expr. in L. 13. §. 4. Lign. L. 9. §. 3. Pign. att. Verum error evidens hic est circa naturam conditionis: tacita enim conditio, qualis hæc est, per d. L. 13. §. 4. non facit ius conditionale, nec impedit, quo minus pure ac statim competat, per text. expr. in L. 99. Cond. & demonstr. verb. Conditions, quæ tacite inesse videntur, non faciunt legata Conditionalia. Et in L. 73 pr. V.O. ubi stipulatio pura dicitur, quæ ex re ipsa dilationem capit. Ratio est, quia conditio hæc non inest ex ipsa dispositione partium, ex quibus omne nascitur, adeoque statim competit; sed ex natura rei, propter quam executio saltem juris diffiri debet. Accedit quod in plena debitoris potestate est agere, in cuius potestate est, conditionem implere, juxta quam agere debet, uti hic solvere pecuniam debitam; adeoque si non agit, oblati debito, cum pos-

possit ac debeat, huic iuri ipsius propter negligentiam non agentis non minus ac alius juribus praescribitur juxta l. 3. l. 4. C. prescr. 30; annor. Denique actio emti pura est, ei que praescribi potest, & tamen intentari nequit, nisi oblato pretio l. 13. §. 8. act. emt. (2) *Quod jus offerendi in facto fundetur, & mera sit facultatis, non juris: quin immo non in actione, cui praescribatur, sed in debito ejusque solutione consistat.* Hoc quoque omnino erroneum est; quia hoc jus offerendi nihil aliud est, quam jus oblato debito pignus repetendi, adeoque ipsa actio pignoratitia, qua debitor oblato debito pignus suum repetit, cui prouinde ut alius actionibus praescribi potest. Ceterum quæcumque res mera facultatis dudum ostendimus in Disp. de reb. mera facult. (3) *Propter text. express. in l. 10. C. de pign. act.* Verum expresse illa agit, non de praescriptione longissimi temporis, quæ est 30. annorum, sed longi temporis, seu 10. annorum, quæ rei dominium & vindicatio excluduntur; quod fierinequit, nisi per usucaptionem, aut saltē per eam praescriptionem, quæ est instar usucaptionis, seu quæ titulo & bonâ fide nititur per text expr. in l. 1. l. 2. 4. l. 6. C. prescr. 10. annor. quod secus esse in praescriptionibus longissimi temporis constat. Reliquæ quæ afferri solent, vix allegari merentur.

XIX. Negotium ergo tantum nobis adhuc facessit ratio Juris Canonici, quæ in omni praescriptione reqvirit bonam fidem c. 3. c. 5. c. 8. c. 17. c. pen. c. ult. Prescr. c. 1. c. 2. eod. in 6. Verum in his locis exerte inveniuntur duo specialia: nam expresse hoc restringitur (1) ad praescriptionem 30. vel 40. annorum d. c. 3. c. 5. c. 8. c. 15. c. 17. d. c. 1. & 2. & evidenter diversum statuitur in Immemoriali d. c. 1. Prescr. in 6. uti & Camerale sententiam, quod iuri offerendi praescribi non possit, restringunt ad Praescriptionem 30. annorum. (2) ad Possessores rerum alienagrum; neque enim ullus est horum locorum, quin expresse agat de possessione rei alienæ, non vero de merā obligatione personæ; ad quam prouinde hoc jus correctiorum extendi non potest, præ primis, cum aperiſſima sit differentia; rei enim alienæ affida contrectatio & usus perpetuam memoriam atque conscientiam juris alieni continere, adeoque injuria careere non videtur; quam tamen penitus excludit immemoriale tempus. d. c. 1. Verum in mera obligatione personali nihil est iniquitatis si reus non solvat, quia non tenetur solvere, nisi actor petat, qui si tanto tempore negligat exigere jus suum, in penam negligentie solo temporis lapsu recte excluditur. Ut nihil jam dicamus de Publico illo incommode, si nulla temporis diuturnitas lites sponere, & securitatem tandem afferre possit.


205

XIX. Cum igitur i. Juri offerendi indubie legibus Civilibus præscribi possit: & 2. rationes contrariae sint manifeste erroneæ. 3. Canones etiam, qvi bonam fidem requirunt, expresse id restringant ad præscriptionem 30. vel 40. annorum: neqve 4. jus correctorium extendi ad alia debeat: qvin imo 5. expresse immemoriale tempus excipiat 6. illi qvoqve qvi de consuetudine contraria Camerae attestantur, qvætione tantum de tempore 30. annorum concipient; & denique 7. hoc æqvitati & utilitati publicæ convenientius sit, non ambigendum arbitror qvin hæc sententia, quantum ad immemoriale tempus, sit & verissima & receptissima, qvod pleniusjam non exeqvimus.

XX. De utroqve Jure offerendi illud adhuc addimus; qvod ex posteriore non tantum debitor Creditori offerre possit, sed & emtori, cui non est rite distractum, vel qvilitis æstimationem præstitit: domino enim non nisi justa distractione auferatur jus suum, qvod tamen ipso non competit, nisi soluto debito L. 2. q. m. pign. solv. L. pen. C. fiant. Cred. Et ex priore non tantum Creditor Creditori priori, vel qvi ab eo jus pignoris emit, sed & ei qvi à Debitorē emit, cum creditor debulset jure conventionis distrahere per licitationem, qva integrum Creditoribus fuisset offere L. 3. §. ult. dist. pign. Qvin imo qvivis possessor offerre potest, hoc ipso enim excluditur Creditor, qvod debitum ei offeretur l. 12. §. 1. p. m. pign. solv. non tamen vi solius possessionis potest cessari, sed si justa sit potest L. 19. qvi pot.

Multa adhuc dici possent, sed hæc sufficiunt ad ostendendum, totum hoc jus ex sola natura cessa actionis conseqvi.

Tantum.



00 A 6348


ULB Halle
002 927 950

3



VD 18

V3-17
Retro ✓



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

DISPUTATIO JURIDICA
ORDINARIA
URE OFFERENDI

Auspice
Divino Numine
PRAESIDE

HENRICO COCCEJO,

Jur. P. P. Ordin.

Respondente

HIERONYMO ALERS

Bremà Saxone

Adventilandum publice proposita in diem

Decembr. h. l. q. s.

Heidelbergae

Literis Samuelis Ammonii, Academ. Typogr.

Anno MDCLXXVIII.

Denuo recusa 1707.

